

Vir Nobilissime

Perplacent mihi ista tua quae de fuga Classis Anglicanae et confectis  
jam lapis, τὸς ἀγρίος, scripsisti. sunt illa verè tua et quae prater  
te nemo possit. augusta, erecta, mascula et ab eo animo profecta  
qui lapis confodundis par sit. sunt et acra, acida, salsa, acuta  
et ignea. sed quod piper, quod acetum, quod vitrioli Alcohol et quod  
Chymicis est radicum, quae muria sufficit ad perficandam cutem  
in corpore isto cacochymico, quod φλυκίδες et ἔγρηξ et dira  
impetigo totum obsedit, et quae, nisi curentur pulvere pyrio et  
ferro, in ψώρα et leproam abeant? Et quae cuspide, quibus ma-  
cronibus, quibus cauteris et candenti Hermeticorum Marte opas  
non est ad latrones et parricidas istos confodendos, perdomandos  
et extirpandos. Ego, cum Sac tua lego, ita accendor et erigor  
ut jam de brutis Britannis triumphum canam et facerent Soc mecum  
Batavi nostri si illorum ys copia fuerit, patrioque sermone et Musis  
nos fratibus ea reddere aut reddita vellet, et applauderent assurge-  
rentque Tibi quotquot patriam amant et faverent Lupis vapulantibus.  
Non unam tamen causam esse dicis cur suppressa ista etiam nunc  
mavelis quam ut lucem adiant et Soc serio te dicere me meminisse  
vis. Meminero, neque Soc fuit te incio, nudum nolente. Non ausus  
etiam Soc fuissom in nuperis tuis Epigrammatibus vary sermonis  
nisi jam fuissent in multorum manibus, excusa, et quibus nemo  
laderetur. Caterum, gratias Tibi ago quod me munusculis illis  
poeticis et in tuo Parnasso natis beare me dignatus es et varia  
suppellex et clavicymbalo et effyie regia et, quae a por-  
tentosa femina est, Spynge domum meam adornas. Redibunt  
ad Te Apocrymata tua, <sup>non</sup> ubi eorum me satutas, caeperit (esset  
enim Soc ad Cal. quod ajunt, Graras) sed ubi ea descripsero et  
belgicis Versiculis reddidero, quod utrumque partim feci, absoluturus  
ubi otium et animus scribendo et versificando erit. Est mihi nunc  
quotidie res cum Montensio, non quidem illo qui inter disertissimos  
Romuli nepotes numeratur, sed qui cum tuba laudio de posse et arte  
sua certat. Vale, Vir Maxime et me ama.

iii. Cal. Aprilis. A.º. clo lxxiiiii.

Nobil<sup>is</sup> tuae cultor observantissimus

Vide hic, si tanti est, partem versuum, quos ad me miserunt Grotij,  
pater et filij, et quod ad illos reposui.

Westerbaen

Hug. 37.



Faint, illegible handwritten text in a cursive script, likely Dutch or French, covering the majority of the page.



